



REPOTIIS ALBENSIBVS

Illustrissimi Comitis

STEPHANI BET-

len de Iktar Perpetui

Comitis in Hunyad, Liberi Baro-

nis in Deva, Domini in Ecsed, Hære-

dis in Huzt & Maramaros, nec non famo-

siſſimæ Arcis præſidiũ Varadinen.

Capitanei &c. SPONSI.

Illustrissima Virginis

MARIÆ SZECSI

de Rimaszecs Dominæ

in Muran Iosua & Lypce &c.

SPONSÆ.

Festinantibus Musis

Adcl. Occg. Fran. Bornemisza.

ALBÆ-IVLIÆ

imebat Martinus Mezlani, Anno 1627.

ILLVSTRISSIMI SPONSI.

Iofua Pannonum Nuptias dedit:
Iulia, Dacorum inclinante M A-
GNO GABRIELE adclam-
mat: Author hoc observantiæ
tecmerion Musis adiurantibus
solvit: Excipite: & si quid minus
præstitum est; votis supplete: quia
debetis: quia potestis:
quia Sponsi estis.

M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA



Comes Stephanus Betlen de Ictar
SPONSVS ET MARIA
SZECI SPONSA.

Anagrammatismi mixto-puri.

Nupcias vota Benedictiones continentes,

CANTamus nuptias celebres: maeste honestas sponsis procedit.
Ades phæbe, sponsum sacris, & pacis mole constanter sustine,
Veni Bosphore, acclames sponsam, & pindarises cantus testes.
Sponsam Dacis celsa Muran sustinet, decet phæbe ipsos ornes.
Ecce Charites, alma nubit sponsa sponso: tadas hymen superstes.
Annus iste sociat sponfos prudentes: sic habete pacem lares.
Sponsus est Nympha decus, thalami tessera, merces pacto bonis.
Dos Sponsa, cestus, pacis Amor, mens pulcra, ast his bene erites.
Sancte complaudo sponsis presentibus, charites se amantes:
Simphonia, (beata materies) dulces sponsis concentus præstes.
Pacem sponsi à celu sperant honeste, sit stans Decus amoribus.
Semper vobis Sponsis, celestia dona pacem charam sustentent.
à promptè, hac pace Metus, livores nascentes absint à Sponsis
ite preces, & mensas mei sponsi, Bacchus, panis, saltus ornet.
le, & sponsa Casarie prudentes Zonatim ambuletis,
abilia semper sonent; spissas educant hospites choreas.
Muran, & celestis nympha custos, benedicas sponso.
ed, sponfos pacis salutes, sapienter bonos ament.
nisis apparate sanctos decores stemmate,

O cele-

*O, celebrent Varadini passus tecta, sponsis honesta pace messem.
 Hustanides campi, celebres sponfos pace Maronis sustentate.
 Deua celebris apta res, sponsum & sponsam canticis honestes.
 Alba Dacorum, necesse triumphos sponfis sapienter cantes.
 Hunyad, habens cestos, i precare sponfis castas mentes, & polum
 O sponsi faueta prote, Daciam sustinete, bene speramus cestis.
 Sponfi in fontes, & Par pulchrum Dacia, castos habete menses.
 Sponse, ac sponsa, eccrescant stemmatibus laudis nepotes. H E R I.
 Ea implete terras has nepotibus, ducant sponfi castos menses.
 His certamus, beatos annos ducentes sponfi, semper placeatis.
 Hem adis PRINCEPS bonus nepotis Thalamo, & sancte affecures.
 Et benedicat sponfos actis Herus poli, & semper sanctum. A M E N.*

Versus concordantes Hymenæi.

Concordat	Virtus,	serenat:
	Sponfos	Thalamumq;
Discordat	Vitium,	tenebrat:
	Conjungit	verus
Nam pia	pectora,	Hymen.
	Disjungit	fictus

Correlatiuum Hymeniacum

Nobilitas, Mores, Virtus, Constantia, Sp
 Sangvine Promeritis, Fædere, Laude, T
 Stirpem, Betlenidas, Socios, & tempo
 Contulit, Ornarunt, Auxit, Honor

Epithalamium

SÆVA per Hungaridas Mavors suspenderit arma,
Arma renascenti toties fœcunda cruore,
Quando per æthereas, adfluctis unica rebus,
Diva plagas terramq; premit, celumq; moratur,
Diuisas iterum volvens conjungere mentes.
Sic ait: O Genetrix Heroum Pannona tellus
Bello armisq; potens, & tu Soror altera, quondam
Mater opum, Dacia illustris, terra inclyta, Martis
Æmula Romani: ambæ invicta laude perennes?
Quid toties miseram crudeli funere Terram
Mergitis? & vastos albentes ossibus agros
Exitio belli premitis? quam sanguine tandem
Hungariæ Patriam, Daciæq; Nepotibus olim
Quæritis? aut servatis adhuc? Si Martia necdum
Sanguinei Bellonæ animis discedit honestas?
Siccine fraterni turbantur fœdera pacti?
Tot decora illustris terræ: tot fulmina Martis?
Non nisi iam proprio maculabunt funere aristas?
Non ita: sed positis nimium crudelibus armis,
pacem jurate animos, in fœdera surgant
iudei Heroes. Tacitas sic Diva sorores,
locat in fœdus, pacisq; reducit amorem:
Cytherea Venus celeri sub nube pudicas

Instillat flammæ, Thalamiq; orditur honorem.
Stabant attonitæ confusa luce sorores
Hungaris & Dacia, ardentis in fœdus amoris,
Quærentesq; modum Bellis, finemq; cruori:
Occultos seu qua ratione cupidinis ignes
Lætitiæ in signum promant, longæq; quietis.
Amplius haud potuit tantum cælare dolorem
Hungaris, ardet amans, mixtæq; in pectore flammæ,
Eliciunt lætamq; simul, querulamq; loquelam.
Ut primum fari potuit sic incipit ore:
O Soror! illustris Dacia; Hoc merui! At iuvat omnē
Læthæa tandem mersare palude dolorem.
Nunc animum Soror, & quæ sit sententia menti.
Expeditam. Stat Belli altum sedare furorem:
Stat vincire animos æterno fœdere pacis:
Stat spondere sacris thalamis, castoq; cubili:
Quid semper premimus galeam! quid numina tanta
Negligimus Thalamis? Nunquam tot sydera fulgent
Quot mihi præstantes præstanti corpore nymphas
Ister alit, lentumq; fluens Tibiscus arena
Alluit, aut celsi seruant in montibus ignes.
Nec memoro: Sed enim me iudice pulchrior una
Oreadum, atq; inter fœcundior igne sorores,
Quas vastis excelsa iugis Murania nutrit,
Hanc ego, ut æterno fidum dem pignus am-

Connubio jungam stabili, propriamq; dicabo.
Excipit illustris Dacia, & Soror ipsa, Sororem
Hungariden tali compellat voce, quid arma,
Armorumq; strages querimur! causasq; latentes?
Stat finire malum, & Patriæ connectere mentes
Dis, unctas; cedo votis: pacemq; saluto:
Et Thalami castos nunquam dedignor honores.
Sunt mihi tot magni Heroes, tot robora gentis
Inclyta Sylvanæ, tot claro sanguine nati
Magnanimi juvenes, tot fulgida lumina Martis,
Seu spumantis equi fodiant calcaribus armos,
Seu clypeo pedites surgant, hostemq; requirant.
Vnum omnes inter præstanti corpore Sponsum
Virtutum hæredem, spectatæ laudis Ocellum,
Antiqua stirpis præclarum ab origine patrum
Betlenidem, stabili firmabo in pace maritum.
Sic ait, & dextras iungunt candoris amicas,
 ris animis, secura pace frementes
 ris & Dacia, oblatoq; fruuntur honore:
 peratos Thalami venerantur amores.
 ta parant, votis concordibus ultrò
 erramq; implent, cœlumq; precantur:
 lituis, & pro clangore tubarum
 stoq; accendunt carmine tædas.
 cum sponso sponsa MARIA,



Cum Sponsa Sponsus vivat **BETLENIVS** Heros
Vivant! sed thalamis, sed terq; quaterq; beatis.
Pannonicisq; solis æterna prole virecant:
Et Daciam longa celebrent ætate nepotes.
Tu festas Hymenææ faces tu gratia flores
Collige, & in thalamos plenis effunde **Canistris**.
Tu quoque concordæ **Concordia** nocte corollas
Iustitiæ & fidei, patrio fulgore micantes.
Confundant Proceres turbam: faustumque laborem
Divisis properent manibus: solvantur habenis
Gaudia, Mariadæ sacros testantia cestos,
Gaudia, Berlenidæ castas spirantia flammæ.
His Thalamis diues redolentibus area glebis
Reddat odoratas messes: his suavibus amomi,
His Casiæ fœcunda seges, panchæaque crescant
Cinnama nec siccis onerentur vimina costis,
Tarda que sudanti distillent balsama rore.
Finierant: Ter plausit humus, ter sidera lætam
Matris Acidaliæ lucem, fulsere theatris
Pannonicis, vocesque sacras splendore probarunt.
Quin etiam Dryades sicco pede, Naiades udo,
Ductauere choros: viridesque **Napææ**
Concepere pias votis ardentibus aras:
Ipsæ etiam Oreades, densa caligine montes
Purgavere altos, oculisque dedere videndos.

Cuncta optatus amor Thalami, Pacisque futuræ,
In vota accendens, læta sic mente fatigat.
Fœlices tædas! læta quibus Hungara tellus
Proludit pompa, faustaq; adclammat Oliva.
Felices nimium Thalamos! queis dissita nexu,
Corda revincit amor Daciæ, Hungariæque, iugali:
Felices sponfos! largo quibus æthere Phœbus
Reddit honoratos Thalami felicitis honores.
Perge Thori dilecta cohors iam plaudere Teotis.
Iosua sat pompis tribuit: quid Patria possit,
Quid Patriæ Proceres, nostri quid Martius ævi
Regnator GABRIEL longis notissimus oris,
Explores: Dabit ille tuis compendia honoris
Connubiis, meritique affectus symbola testans
Inclyta venturis fundabit in orbe trophæis
Stemmata, Cæsariemque tuis INSIGNE DECORUM
Constituet Thalamis, serisque Nepotibus aras.
Cernis ut effusis ludant in gaudia festis?
Hustum, Deva, Echied, Varadinum, Huniadis, Alba,
Cognatos propriis geminantes ignibus ignes
Lætitia? Magni dabitur seges Alba decoris!
Ast reliquæ propria firmabunt sede Hymenæos.
Fortunate Thorus si quid mea carmina possunt,
Si quid habent veri Vatum præfagia: longum
Durabis, magnosq; Heroum æquabis Olympos.

Epicitharisma Thalamicum

Adeste, adeste tandem,
Anacreonticorum
Cantus, tropi, lepores,
Numeriq; consonantes,
Modiq; gratulantes,
Ignes Propertiani,
Ioci Catulliani,
Sales Tibulliani,
Adeste, adeste tandem.
Gratos honoris ortus,
Dulces amoris actus,
Pectusque cordiatum,
Fidemque vinculatam,
Sponsumq; gratulantem,
Sponsamq; suaviantem,
Nostri loquuntur ignes,
Nostræ canunt Camænae.
Bethlenius ille tanti
Dux gaudii vocatus,
Nostrique lux laboris,
Idem decus virorum,
Idem decus suorum,
Idem decus Dacorum.
Sponsi decore latus,
Latoq; amore Sponsus,

Betlenius ille Sponsus!
Betlenius ille, Sponsæ
Sux, & Suis amatus.
Venusq; Mariana,
Venus illa Szechiana,
Venus illa amore flagrans,
Venus illa amore digna.
Et lætior suarum,
Et gratior Dearum,
Quas uidit orbis, unquam
Betlenius aut amauit:
Sponsa illa Szechiana
Sponsæ illa Szechiana
Suo, & Suis amata,
Quæ vincit igne Sponsum,
Quam vincit igne sponsa,
Quem auct fouere Sponsa,
Quam auct fouere Sponsus:
Ambo pares honore,
Ambo pares amore,
Vterque dignus Vrbe,
Vterque charus astris,
Vterq; dignus astris,
Vterq; charus vrbi,
Tædas parant honoris,
Bellum canunt amoris
O plaudat! o triumphet!
Vrbis quadrata moles,

Spumas trahit fluentes,
Qua Marisus albicantes,
Simulq; confluentes,
Simulq; fluctuantes.
Betlenius, & Maria,
Hic Sponsus, illa sponsa,
Hic Dacus, illa Hunna,
Hic Hunnus, illa Dacia
Thoro futuri in uno.
Hic Nuptialis idem,
Simul illa Nuptialis,
Ambo ad suos labores,
Ambo ad suos honores,
Fidem ligant amoris.
Nouas saluto flammis,
Nouos saluto sponfos,
Nouos precor maritos,
Viuant noui mariti,
Betlenius & Maria.
Celerent Dij Deaq;
Thalami Dij jugales,
Thalami Dea jugales,
Celebrent Dij Deaq;
Thalami nouos honores,
Thalami nouos amores.
Nec gratiore festo,
Nec lætiore plectro,
Nec suauiore Musa,
Nec

Nec pulcriore saltu,
Vlla est fides amoris
Tibi petenda, nobis
O Sponse, nec canenda.
Vobis pudica cultu
Placeat Venus pudico:
Vobis Hymen fluentes
Amore laxet annos:
Vobis amica mentis
Coniunctio ligatæ,
Fructus ferat beatos.
Vox pax virens coronet,
Rerumq; uis amica,
Et mille signa amoris,
Et mille uincla honoris,
Et mille secla uitæ,
Et mille uota rerum.
Veneresq; gratiatæ,
Moresq; gratiosi,
Vestri fiant fauores,
Vestri fiant Thesauri:
Vestras opes tam amicas,
Vestras opes tam opimas.
Vestras opes tam honestas,
Lex mutuata firmet,
Defendat urbs celebris,
Vatum canant libelli:
Saliant novem Sorores,

Psallant meæ Camena,
Decimam dari Sororem,
Alumq; Phæbum orni.
O si probatus Anni
Sit longus ordo? fiat.
Aut sit peritus Anni
Brevioris ordo? fiat.
Dei, à Deo voluntas,
Fiat precor voluntas.
Amate vos amanter,
Amore victitantes,
Amore lusitantes,
Amore basiantes.
In corde cor Amantis,
In corde cor Amati,
In corde cor Mariti,
In corde cor Mariæ,
Flammæ agant amos.
Sit sponsa honor Mariti,
Betlemius & Mariæ:
Sit sponsa amor Mariti,
Betlemius & Mariæ:
Quod vult Maria sponsa,
Etiam velis Marite:
Negat Maria sponsa,

Etiā neges Marite.
Sit nolle, quando nolle,
Sit velle, quando velle,
Et nolle velleq; unum.
Iste est amoris ordo,

Ordo pius, pudicus,

Synceri amoris index.

Hoc igne flammitante,

Flammaq; flagitante,

Carpetis annuatim,

Prolemq; masculinam,

Prolemq; fœmininam,

Quæ mutuò virebunt,

Pariterq; saltitabunt,

Pariterq; lusitabunt,

Pariterq; cantitabunt,

Pariterq; se se amabunt.

Hoc igne flammitante,

Flammaq; flagitante,

Vivētis ampliati,

Vivētis Vrbi & Astris,

Daciæ decore magno.

Salvete Sponsi amantes,


Valete Sponsi amantes,

Quæ diximus, præeamur,
Præsentia aut futura:
Præsentia, ut beata,
Oprata sic futura.

CRONOSTICON

Annum, mensẽ, diem, locum Repotiorum continens.
Tertla pars LVnæ nlter Vt sol LV Cc ge MeLLOS
ConfICIt, & sponls IVL la festa parat.

ROYAL
TARA



14-192

